



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxx. De decumis, primitiis, & oblationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

Cæterùm presbyteri dominicis festiuisque ^{2. Vt do-} diebus antequam sacrum celebrent, plebem, si ^{minicis.} quis alterius parochianus in ecclesia proprio cõ-
tempo presbytero sacrum audire velit, interro-
ganto. si quem nacti erunt: actutum ab eccle-
sia abiiciunto.

*De decumis, Primitiis, & obla-
tionibus. Tit. 30.*

An debeantur decuma, & an exigi possint.

DECUMAS, cùm à domino institutæ sient, ^{14. Páro-} quasi debita exigere liceto. ^{chianos.}

Itaque nemo ius ecclesiasticum deminuito, ^{26. Tua} nemo decumas detineto. hæ egentium animarũ ^{nobis.} tributa sunt. deo optumo maxumo in signum vniuersalis domini de cunctis prouëtibus redduntor. Clericis, queis eas ipse pro cultu suo cõ-cessit, tribuuntor. Colonus de parte fructorum quæ sibi remanebit ratione cultus, dominus de portione quam percipiet ratione terræ decumã sine deminutione reddunto. sumptus ne deducitor, néve semen separator. Prætextu nequitix clericorum aliis quàm queis ex diuino mandato debetur pro suo arbitrio, etiam capellis, clericis, pauperibus eas ne erogãto. Episcopi eos omneis qui ratione personarũ prædiorũve decumas ecclesiis & clericis diæcesis ipsius exhibere tenebũtur ad eas cū integritate reddẽdas cõpellũto.

Sed & prædiorum domini hæc talibus per- ^{32. In ali-} sonis, & taliter, vt absque contradictione eccle- ^{quibus.}

Q iii

De dec. prim. & oblat.

fiis decumas integrè persoluant, & ad id, si necessum erit, per ecclesiasticam censuram compellantur, committunt. Quæ decumæ ex lege diuina, lociue consuetudine adprobata debebuntur, hæ necessariò soluantur.

33. *Cum
non sit.*

Quinetiam exactionem tributorum & censuum decumarum solutio præcedit. saltem ad quos census tributæ indecumata peruenerint, ea per censuram ecclesiasticam ecclesiis, quibus de iure debentur, decumare coguntur. sic res cum onere suo transito.

3. *Ex mul
tiplici.*

Denique si quæ conuentio super decumis soluendis inter duas ecclesias facta erit: et si quod priuilegium post de his non soluendis altera impetrasset, ni in eo de ipsa mētio facta fiet, ea inuolabiliter tenetor, obseruator.

A quibus debeantur vel non.

24. *A
nobis.*

Quilibet etiam dans & recipiens possessiones ad firmā de fructis quos percepit decumas, ni ab earum præstatione immunem se & exemptum ostendet, exsoluito.

16. *De ter
ris.*

Immo Iudæi quoque de terris quas colunt decumas soluere vel possessiones renūciare omni districtione compelluntur.

4. *Com.
missum.*

Sed & monachi ecclesiæ in cuius parochia morabuntur etiam de terris cultis in quibus domus ante constructæ fuerint, quæue ex pascuis ad frugum fertilitatē translate erunt, cum ea integritate qua ante solui solitæ fuerint, persoluito.

8. *Dilecti*

Iidem si quæ prædia à laicis conductæ hæ-

bebunt, de his decimas quibus solitum fiet, etiam monachis aliis, si in eorum parochiis prædia fuerint, plenariè soluunto, cum eisve amicaliter componunto.

Solis fratribus Cisterciensis ordinis, Templariis, & Hospitalariis decumæ laborum quos propriis manibus, sumptibusve colent, indultæ sunt. Cæteri tantum de noualibus suis quæ propriis manibus, sumptibusve excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, ac hortis suis decimas ne persoluunto. Quibus autem hoc indultum est de aliis rebus ecclesiæ suæ decimas ne subtrahunto, neque quid amplius sibi vendicanto.

Quibus autem laborum huiusmodi quos propriis manibus sumptibusve colent decumæ concessæ erunt, hi decimas terrarum quas alii tradent excolendas ne subtrahunto.

Pro laboribus tamen etiam quæ noualia non erunt intelleguntur.

Sed & noualia comprehenduntur. unde cui decimas de laboribus terræ parochiarum suarum cum integritate percipiendi potestas concessa erit, has etiam de noualibus rectè exigit.

Ipsi autem Cistercienses, & alii similibus priuilegiis gaudentes de alienis terris, & imposterum adquirendis, etiam si eas propriis manibus, sumptibusve excolunt, decimas ecclesiis, queis prædiorum occasione antea soluebatur, nisi cum ipsis aliter composuerint, persoluunto.

Priuilegia enim cuiquam ordini concessa, si cum

Qⁱⁱⁱⁱ

De dec. prim. & oblat.

data fuerint nullum inde scádalum suboriri poterit, post autem multorum ecclesiasticorum querela cōtra hęc oborietur, ni res amicabiliter inter eos componetur, rectè reuocantor.

2. Nouum Cæterum clerici à clericis de dote ecclesię decumas ne exigunto. Tantum si qui clerici à clericis spiritalium ministeriorum labores accipiunt, hi decumas ollis præstanto.

18. Cum sint homines. Qui autem vnius ecclesię incolæ erunt in alia parochia terras excolentes, in soluendis earum terrarum decumis consuetudinem sequuntor. Si quæstio erit: ecclesię etiam an in vno diuersiue episcopatus constitutæ fient, inspiciator. vt vna ecclesia in alterius episcopatu decumas recipiat facilè ne admittitor.

20. Ad apostolica Itaque qui de vnius episcopi parochia in aliam translati erunt, illi ecclesię in qua ecclesiastica percipient sacramenta decumas personales reddunto. Super messium autem fructorumve arborum, si coluerint in alia quàm in qua habitabunt parochia, decumis quod per consuetudinè diu obtentam obseruatum erit hoc obtineto.

Quibus debeantur vel non.

29. Cum contingat **P**erceptio decumarum de iure communi parochialium ecclesiarum esto. Si quę decumę noualeis in earundem parochiis fuerint: nisi quę ecclesię, seu personæ ecclesiasticæ aliæ, ad quas in ipsis decumarum perceptio pertinebit, ex rationabili causâ noualium quoque decumas ad se pertinere ostendent, ad eas pertinento.

Multò minùs ergo à laicis occasione decuma-^{25. Tua. i.} tionis antiquæ (licet ollis in feudum decumæ cō^{θεμα. fi.} cessæ erunt) noualium decumæ vsurpantor, sed in talibus licentia restringitor.

Si quæ igitur terræ arabiles factæ intra certam^{13. Quo-} alicuius ecclesiæ parochiam erunt: earum decumæ, episcopo parte sua retenta, eidem ecclesiæ adsignator. Alioquin eas episcopus alicui ecclesiæ deputato, ad opùsve suum, prout expediet, retineto.

Si quæ autem monasteria conuentualeisve ec-^{30. Cū in} clesiæ in certis parochiis maiores & minutas decum^{itas.} as percipere ab antiquo consuerint: his eorum omnium fructorum, qui de terra, de qua prouentus decumarum ratione percipere consuerint, prouenient, si eadem ab antiquo ipsis decumalis fuerit, decumæ soluuntur. vna eademque ecclesia diuerso iure ne censetor. alioquin parochialibus ecclesiis, ad quas iure communi spectant, exsoluuntor.

De quibus rebus debeantur.

DE omnibus prædiorum fructibus siue si-^{21. Ex p. 67} mul, siue diuersis anni temporibus in eodē^{te. ij.} agro diuersa semina sparsa fuerint, decumæ integre persoluuntor.

Item fidelis homo de omnibus quæ licitè po^{23. Ex} test acquirere, etiam quæ de molendino ad ven^{transmis-} tum (quod vocant) prouenient decumas eroga-^{sa.} to.

Igitur de vino, grano, fructis arborum, pecori-^{22. Nō est}

De dec. primit. & oblat.

bus, hortis, negociatione, ipsa etiam militia, de venatione, ac omnibus bonis decumæ ministris ecclesiæ tribuuntur, qui de iis eas soluere neglexerint, ecclesiastica districtione præcelluntur. hæc, antequam ullæ de ipsis bonis expensæ deducantur, ecclesiis ad quas pertinebunt integrè persoluantur.

5. *Peruenit.*

Ordinarii locorum parochianos suos, ut de prouentibus molendinorum, pisciarum, fœno, & lana decumas ecclesiis quibus debentur integrè persoluant, monent. si opus erit, sub excommunicationis districtione compellunt.

6. *Nuncios.*

De apibus etiam, & omni fructu,

7. *Cum homines.*

Quomodo solui debeant.

Quotcunque partibus sibi retentis ecclesiæ decuma debetur, parochiani hanc lectis statim fructibus persolunt. antequam id faxint, etiam seruiantibus, mercenariisve suis de frugibus non decumatis seruitii debita ne persolunt. Si faxint: de subtractis & retentis satisfaciunt.

28. *Pastoralis.*

Sanè circa res adquisitas factasve de pecunia decumata cum venduntur, siue domus, ager, vinea, clybanus, molendinum, siue merces quælibet fiet, expensæ deducuntur. de residuo quasi de lucro decumæ persoluntur. At quæ pro fructibus percipiendis expensæ fient, ex illis rebus de quibus fructus proueniunt, et si decumatae fient, ne deducuntur. fructus ipsi nisi cum decumarum onere ne alienantur. Pro restaurando etiam quarumlibet rerum detrimento ex quibus decumæ persoluentur, siue pars morietur

armenti, vinea deteriorabitur, portiove mercis deperibit, siue totus clyban⁹ destructur, de proventibus decumandis expensæ ne deducuntor.

A quibus concedi possint vel non.

LAicis de spiritualibus quid concedendi, dis-^{25. Tua. i.} sponendiue nulla facultas esto. Imperialis *in princ.* concessio, quantuncunque generalis fiet, neminem à solutione decumarum eximito.

Episcopo itaque, alióve cuius de iure commu-^{31. Dudū.} ni intentio fundata fiet, decumas ecclesiæ suæ petente, si earum possessores præscriptionem obponent, eius titulum quem allegabunt primū probanto. Si verò donator talis erit qui conferre nequiverit, puta laicus, etiam si regia autoritate munitus, etsi Romani pont. confirmatio deinde accesserit, ni post eam legitimum tempus impletum erit, iuri episcopali nihil derogatum esto.

Laici enim quod sacerdotum est in ecclesiasti-^{17. Quam} cis rebus ne usurpanto. Nemo prælatorum de ^{uis.} ecclesiæ decumis, ecclesiisve disponendi facultatē ollis indulgeto, alicuive laico in seculo remanenti ecclesiam, decumam, oblationemve concedito. qui faxit à statu suo exauthorator. donec emendassit, dolore suæ ruinæ prostratus iaceto.

Laico decumarum per successionem tenenda-^{15. Ad} rū donatio ab ecclesiastica persona facta si erit: *hac.* viribus careto. laicus, ni eas ipsi ecclesiæ resignans liberè transcriberit, excommunicationis vinculo adstringitor.

De reg. & tran. ad relig.

19. *Prohibemus.* Sed nec laici decumas quas detinebūt in alios laicos transferunto. Si quis receperit, ni reddiderit ecclesie, christiana libitina priuator.
35. *Interdicimus.* Immo & decumas à laicis detentas quæ ad alienas ecclesias pertinebunt nec persona ecclesiastica ab eisdem laicis in pignus recipito.
1. *Decimam.* Hactenus de decumis, & oblationibus. Quod enim ad primitias spectat: sacerdotes in primitiis offerendis amplius quàm lege definitum fiet ne exigunto.

De regularibus & transeuntibus ad religionem. Tit. 31.

1. *Nullus.* **N**Vllus nisi in legitima ætate, & spontanea voluntate tondetor.
6. *Quia in insulis.* Immo in quibus monasteriis dura erit monachorum congregatio pueri ante duodeuigesimum annum ne suscipiuntor.
8. *Ad nostram.* In aliis monasteriis qui susceptum religionis habitum ante consummationem annorum quatuordecim deposuerint, quive post annum decimū quartum habitum sine probatione susceperint, si tamen intra triduum deposuerint, à monasterio ne vendicantor. Si quam post uxorem accipere iurassint, ni quæ rationabilis causa obfistet, hanc liberè traducunto.
14. *Cum firmus.* Itē si pater cum filio puero se ad aliquod monasterium cum bonis suis contulerit: puer, cum ad discretionis annos peruenerit, si habitum monachalem retinere nolet, nec eum ad hoc inducier potis erit, ne compellitor. hunc si dimittere